# MAGYAR KÖNYVSZEMLE

KÖNYVTÖRTÉNETI FOLYÓIRAT
REVUE POUR L'HISTOIRE DU LIVRE
1876—1976

ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

1976
3

AKADÉMIAI KIADÓ • BUDAPEST

// MAGYAR KÖNYVSZEMLE

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA I. OSZTÁLYÁNAK KÖNYVTÖRTÉNETI FOLYÓIRATA

REVUE DE L'ACADÉMIE HONGROISE DES SCIENCES POUR L'HISTOIRE DU LIVRE

92. ÉVF. 1976/3. SZ.

SZERKESZTŐ BIZOTTSÁG — COMITÉ DE RÉDACTION

MÁTRAI LÁSZLÓ
(a szerkesztő bizottság elnöke)

KÓKAY GYÖRGY
(felelős szerkesztő)

HAVASI ZOLTÁN
(társszerkesztő)

V. KOVÁCS SÁNDOR
MEZEY LÁSZLÓ
REJTŐ ISTVÁN
TARNAI ANDOR

SZERKESZTŐSÉG — RÉDACTION

1088 Budapest VIII., Múzeum krt. 14—16.

Megjelenik negyedévenként — Trimestrielle

*Articles appearing in this journal are abstracted and indexed in HISTORICAL ABSTRACTS and/or AMERICA: HISTORY AND LIFE.*

*

Terjeszti a Magyar Posta. Előfizethető bármely postahivatalnál, a kézbesítőknél, a Posta hírlapüzleteiben, a Posta Központi Hírlap Irodánál (KHI 1900 Bp. V., József nádor tér 1.) közvetlenül vagy postautalványon, valamint átutalással a KHI 215—96162 pénzforgalmi jelzőszámára. Előfizetési díj: 60 Ft. Előfizethető és példányonként megvásárolható az Akadémiai Kiadónál, 1054 Bp. V., Alkotmány u. 21. Tel.: 111—010 (pénzforgalmi jelzőszám 215—11488) és az Akadémiai Könyvesboltban, 1368 Bp. V., Váci u. 22. Tel.: 185—680.

A szerkesztőség legfeljebb 1 ív terjedelmű és az MSZ 9651 szabványnak megfelelő kéziratokat fogad el (egy oldalon 30 sor, soronként 60 leütés, jegyzetek a főszöveg után). A tanulmányok rovatba szánt cikkekhez 1 oldal terjedelmű tartalmi kivonatot is kérünk. Különlenyomatok (legkevesebb 100 példány) a Kiadóhoz címzett, de a szerkesztőséghez eljuttatott levélben rendelhetők, a korrektúra visszaküldésével egyidőben.

HELMUT W. LANG

# Der „Cursor Ordinarius", eine neuaufgefundene Wiener lateinische Zeitung

Der Erforschung des frühen Pressewesens stellen sich vielfältige Hindernisse entgegen. Die in vielen hunderttausend Exemplaren erschienenen Zeitungen sind schon nach wenigen Tagen Makulatur geworden, und nur ein kleiner Rest hat den Weg als Beilage zu Korrespondentenberichten in Archive oder in einem Zeitungsband durch Buchdeckel geschützt in Bibliotheken gefunden. Dort haben aber Zeitungen des 17. und 18. Jahrhunderts nie dieselbe Aufmerksamkeit und Wertschätzung wie handschriftliche Urkunden, Inkunabeln und Frühdrucke erfahren. Archivare, Bibliothekare, Bibliographen und Bibliophile wandten sich lohnenderen Objekten zu als es alte, vergilbte und unscheinbare Zeitungen sind. Erst das Auffinden der ersten deutschen periodischen Blätter von 1609 in den Jahren 1876 und 1903[1] und die Installierung der anfangs vorwiegend historisch orientierten Zeitungswissenschaft an deutschen Universitäten brachten Forschungen hervor, die sich in unzähligen Publikationen niederschlugen.

Heute sind wir über die Frühzeit des österreichischen Pressewesens recht gut informiert, trotzdem gibt es noch viele ungelöste Einzelfragen. Wir wissen zwar, daß schon im 17. Jahrhundert in Wien,[2] Linz,[3] Graz,[4] Innsbruck,[5] Salzburg,[6] Feldkirch[7] und Bregenz[8] insgesamt fünfzehn Zeitungsunternehmen bestanden haben, aber nur neun Zeitungen ließen sich durch erhaltene Exemplare belegen, auf die restlichen sechs Unternehmen wiesen archivalische Quellen hin. Daß sich die Anzahl der uns unbekannten Zeitungen nunmehr von

[1] Otto Julius Opel fand 1876 den Jahrgang 1609 der Straßburger *Relation Aller Fürnemmen vnd gedenckwürdigen Historien* in der Universitätsbibliothek Heidelberg. Im Jahr 1903 entdeckte Ferdinand Grimme die Jahrgänge 1609 und 1610 des Wolfenbütteler *Aviso Relation oder Zeitung* in der damaligen Königlichen und Provinzialbibliothek Hannover.

[2] *Ordinari Zeittungen,* später *Ordinari Reichs Zeittungen* 1621-nach 1705; *Ordentliche Postzeittungen,* später *Ordentliche Zeittungen* 1622—1639; *Extra Ordinari Mittwochs Postzeittungen* 1644-nach 1705; die Zeitung des Wiener Druckers Gregor Gelbhaar 1646; *Neu ankommender Currier* 1671-nach 1705; *Il Corriere Ordinario* 1671-um 1723; *Cursor Ordinarius* 1671-um 1710.

[3] Die Zeitung des Linzer Druckers Crispinus Voytlender 1630; *Lintzerisch Extract-Blatl Der Ordinari Zeitungen,* später *Lintzer Montags (Freytags) Ordinari-Zeitungen* ab 1676.

[4] Die Zeitung des Grazer Postverwalters Eustachius Khan ab 1639.

[5] Die Zeitung des Innsbrucker Druckers Michael Wagner ab 1649.

[6] *Wochentliche Ordinari Post-Zeitungen,* später *Wochentliche Ordinari-Zeitungen* und *Saltzburgische Ordinari-Zeitungen* ab 1668.

[7] *Wochentliche Sontags Ordinarj- und Extra-Ordinarj Post-Zeitungen* ab 1675.

[8] *Ordinari Wochentliche Post-Zeitung* ab 1696/1697.

# CURSOR ORDINARIUS
## SIVE
# NOVA UNIVERSALIA.

*Cum Sac. Cæſ. Majeſtatis Privilegio.*

15. Decembris. 1706. **N. 100.**

---

NEAPOLI 23. *Novembris.*

TError, Terræmotu incuſſus, nondum evanuit, dum ejusdem ictus, ſed leves repetitos confirmant. E Samnio memorant, uti ii, qui ruinâ non oppreſſi vitam ſervârunt, in apertum Campum effugiant, injuriis Cæli ſine Veſtibus, ſine Bonis, ac Nummis, quæ omnia ruderibus ſuppreſſa latent, expoſitos. Vigeſimâ Currentis inſtituto ad S. Januarium Urbis hujatis Protectorem recurſu Proceſſio ſolemnis Ordinibus cunctis, Religioſis, ac permultâ Populi turbâ præſentibus habita eſt: Pro-Rex ipſe Proceſſioni præſens portatum Sancti Caput, Reliquiis, Facem in manu ferens, ſecutus eſt.

---

GENUA 27. *Novembris.* Peterborugus rediit, cui Filius, ac Angli alii in occurſum exivêre; is Barcinonem avehendus Navem ſubire in procinctu eſt. Barcinone attactâ Naves duæ advenêre, eam Urbem, ac Montem Jovis optimè firmari; Triremes duas Mari committi, eaſque duabus illis, quæ in Cartaginis Novæ portu hærent, jungendas; Triremem Joannis Stephani Doriæ ut principaliorem Barcinonis vecturam referentes; Barcinone item ex literis è Valentia allatis conſtare, Claſſem Anglicam decimâ nonâ præteriti millia quatuordecim Ulyſſippone expoſuiſſe. Minoricam, Majoricam, ac Ebuſum (*Eviza*) Inſulas Baleares Carolo III. obedire, Magone (*Maone*) Majoricæ Inſulæ Portu à Majoricenſibus invaſo.

---

MEDIOLANO 24. *Novembris.* Scottus, ac Stampa Comites, poſtquam Florida Caſtelli Gubernator à Civitate hujate, ut ſcriptum eſt, commeatum rogavit, ad Seren. Principem Eugenium indeque reduces in Caſtellum hujas ſe contulêre; ii operâ ſuâ valuêre, ne intra proximorum duorum Menſium ſpatium Urbem inter & Caſtellum *hoſtilia agantur*, ad cujus *effectum Civitas hujas Caſtello de commeatu pro duobus* Aureorum Nummûm millibus providere, Pane tamen, Grano, Orizâ, ac Apparatu bellico exceptis, ſtatuit; finitis hiſce duobus Menſibus Caſtellum vi invadere Principis Eugenii arbitrium eſt. Dux Sabaudiæ Caſalis Caſtellum Tormentis triginta ac Mortariis decem continenter urget. Aggeres Tormentarii quoque ad Dertonam erecti ſunt, Machinis gravioribus in collem adjacentem conductis; cjus deditionem proximam opperimur, quâ factâ Valentia invadatur, Militibus poſtea in hyberna diſtribuendis.

---

MEDIOLANO 1. *Decembris.* Vigeſimâ ſeptimâ Præteriti pro Pactis initis Commeatus quidam, reſque aliæ Caſtello hujati immiſſæ ſunt; quâ occaſione Mulieres aliquot utentes, Maritis ſuis neceſſariis ſuccurrere voluêre, ſed à Germanis ab ingreſſu retentæ ſunt; morborum, qui carne fumo duratâ, eòque putridâ cauſati in Caſtello graſſantur, metu: Nocte eâdem Milites viginti quinque effugêre è Caſtello, quod ſemper magis urgetur; Suburbio Hortulanorum pro Militibus Germanis jam vacuo. Caſtellum Dertonæ continuis Tormentorum ictibus premitur, *ruinis in receptaculis interioribus jam apertis; dimiſſiſque in Loca quædam vicina* Militibus, qui auxiliorum omnium acceſſum prohibeant; compertum enim ſit, Gubernatorem auxilia exſpectare, quæ Ducis Andegavenſis Orator ei Genuâ captato tempore ſubmittat. Sabaudiæ Dux Caſalis Caſtello tanto Tormentorum impetu imminet, ut proximè deditionem ſperet. Cremonam includi cogitatur, dum aliquot Militum millia ad eum finem [illegible] jam ſunt.

---

VENETIIS 4. *Decembris.* Mantuâ, Incendium in Penu Fæni curruum millium trium circiter Regio-Gallica ſubitaneum diebus continenter tribus acre Domus viciniores quaſdam etiam abſumpſiſſe ſcribunt. Modenâ compertum eſt, Germanos eam Urbem ingreſſos, deditionem Caſtelli petiiſſe, quibus Gubernator, placere ſibi id currus ſex apertos, totidem tectos, Tormenta pariter ſex, Mortarios duos, ſub Timpanorum ſono, aliiſque bellici ritûs honoribus, Præſidiariis Mantuam conducendis, avehere liceat, reſpondit; at Vezelius Germanorum Generalis repoſuit, ſuffeciſſet, ſi ſibi ſoli libertatem, Præſidiariis ultrò jure Belli capiendis, petiiſſet; quare Aquæ è Canali Caſtellum circum in eam altitudinem à Germanis eductæ ſunt, ut Præſidiarii in munimenta eminentiora confugere coacti ſint: Literæ Modenâ recentiores Germanos Aggeres Tormentarios duos in Caſtellum erexiſſe, impetuque in id jam cepto, Gubernatorem Barum, ſe defendere donec ruinæ apertæ ſint, videri. E Caſtris Germanorum millia Equitum Peditumque duo Mirandulam verſùs ſelectos eſſe, Locum eum, ut credatur, incluſum iri. Ante octiduum Emanuelis Bavari Conjux inſolitæ tempeſtatis injuriâ feſſa redux advenit, ab Abbate Capitanio ſemper ſuccincta, ac Navibus publicis ſtipata, vigeſimâ octavâ ad Rempublicam noſtram miſit, qui acceptorum honorum gratias referret. Literæ Conſtantinopoli ſub primâ, & quartâ Octobris ferunt, Sultano cum febri luctato venæ ſecundùm ſolutæ fuerint, afflicto addere afflictionem Secundo-Geniti ſui mortem: JanizarorumAgam ſtrangulatum eſſe, eique alium ſuffectum; periculumque eſſe, quin & Viſirius primus eam pænam daturus ſit, Officialibus aliis jam mutatis. Morbum contagioſum in ea Urbe, ac Pagis vicinis graſſari. Claſſem in Mari Nigro armatam Portum ſubiiſſe; Sultani Magni Navi, quam in Armamentario centum Tormentis capacem exſtruxerunt, & quam Centurio Baſſa ſubeat, Coronidem impoſitam eſſe, ſed ob extraordinarium ejus magnitudinem ad curſum inutilem.

---

PARISIIS 26. *Novembris.* Conſilium Regium in eligendis pro bello, anno proximo cum vigore continuando, mediis etiamnum laborat. Mareſcallus Vaubanus Loca in Flandria, ac Alazia ſpeculatum ire juſſus eſt, rumore ſparſo, Lineas à pede Montium ad Sabim eſſe ducendas, id, quod in Belgio adhuc poſſidemus, eâ diſpoſitione ſecuriùs ſervatum iri. Literæ ex Hiſpania confirmant, Mareſcallum Bervickium in Carthaginis Novæ obſidionem neceſſaria diſponere: Locum eum penitiùs inſpectum Daſſeldo Equite, ac Mahonio cum Equitibus mille, ac Pyrobolariorum Centuriis quatuor præmiſſis: Officiales illos Tubicinem de deditione miſiſſe: ſed negatâ deditione Daſſeldum, & Mahonium repetitos in quadam ab Urbe diſtantia ſe apponentes, Peditatum, quem Mareſcallus Bervickius nominatus cum Machinis mittat, exſpectare Locum regulari obſidione cincturos: conſilia tamen ea à Fœderatis evertenda timemus, qui de Claſſe Archithalaſſi Schovelii numeroſas Copias in terram expoſuerint.

---

HAGA COMITIS 30. *Novembris.* Princeps, ac Dux Marlborugus hinc, ut ſcriptum eſt, vigeſimâ ſextâ ſub ſeptimam matutinam digreſſus eâdem ſub tertiam pomeridianam Navem ſubiit, in Angliam, quam terere jam creditur, avehendus: Is conſiliis ſecretioribus ad Reginam Angliæ ornatus eſt,

---

BRUXELLIS 30. *Novembris.* A' Mareſcallo Campi Generali Ouverkerkio Gubernatore noſtro Edictum rigoroſum publicatum eſt, ſeveram in eos, qui à fide Catholica alieni in Eccleſiis irreverentiam exhiberent; pœnam continens. Montibus ſcribunt, Comitem Bergheickium quindecim dierum moras Verſaliis tracturum; quò cum Chamillardo de Negotiis Pacis, cujus obtinendæ operam omnem Galli apud Exteros, Belloque non impeditos impendunt, acturus, conceſſit.

... 4. *Decembris.* In Archiepiſcopatu hujate Legiones Regio-Boruſſorum duæ ſolùm, Principis Hæreditarii nempe una, Schlippenbachii altera, hybernant. Generalis Veredariorum Præfectus Imperialis Princeps Taxis heſternâ Bruxellis allatus, proximè hinc Francofurtum abiibit.

RASTATO *ad Rhenum Superiorem* 29. *Novembris.* Negotium de commutandis captis finitum modò eſt; Pactisque utrinque ratis, ac Militibus commutandis Commiſſarii Offenburgo rediêre; cæterùm in Lineis propè Stolhoffam reficiendis labor ſummus adhibetur, quæ in eum ſtatum perducantur, ut nullam Hoſtis irruptionem metuendi cauſam habeamus: interim donec labor is in plus promoveatur, Legiones Cæſareæ aliquot non obſtante temporis injuriâ, Foſſores obſervare juſſæ ſunt.

FRANCOFURTO 4. *Decembris.* Heſternâ Reipublicæ Venetæ Ablegati Extraordinarii Erizzo, & Piſani magno comitatu ſtipati advenêre, qui iter ſuum in Hollandiam, ac Angliam deſignatum proximâ hebdomade proſequantur. In Conjugii à Principe Boruſſo Hæreditario pacti lætitiam Conſiliarius Regio-Boruſſus, hîc remoratus, vigeſimam octavam Novembris, multis Nobilioribus præſentibus, feſtivè celebravit.

REVALIA 13. *Novembris.* Navis Suecica, quæ undecimâ Currentis cum centum & quinquaginta Matribus & Liberis Viburgo transfuga, ac Holmiam (*Stockolm*) remigans huc allata eſt, refert: Incolas obſeſſæ Urbis auffugiſſe, Hoſtes in eam unius diei tempore Globos Igniarios Majores trecentos projeciſſe, hunc tamen continuis tormentorum ictibus ex Urbe impetitum ſe aliquantulum recepiſſe, Urbem tamen hac horâ ab illis expugnatam credimus. Nauta quidam Lubecenſis, in Urbem Viburgenſem Merces invecturus ante dies ſex è curſu rediit, referens, in Eningia universâ (*Finland*) turbulentam fugam eſſe; Magnum Moſcoviæ Ducem cum Triremibus ſuis in Inſulis attentum, quasvis à Noſtris intercipiat Naves, igne injecto deſtruere. Archithalaſſus noſter è vicinia Bircæ Naves tres in curſum dimiſit, quarum duæ, poſtquam Naviculas Moſcorum aliquas emiſſo igne eversêre, redierunt, tertiâ autem ſeptuaginta Claſſiariis firmatâ, à Moſcis interceptâ. Weſtmannus Chyliarcha, qui receptacula quædam obſervavit, cum commiſſis ſibi Gregariis cæſus eſt,

CRACOVIA 4. *Decembris.* Rex Poloniæ in horas expectatur, Officiali ſuorum quodam biduo abhinc hàc tranſeunte; qui in Saxoniam maturans juſſit, Palatium Epiſcopale omni celeritate Regi excipiendo non indecorè ornari: hic interim ad Congreſſum generalem omnia diſponendo continuat. Legiones Saxonum Equeſtres quædam ſub Supremo Vigiliarum Præfecto Mikauo in Ruſſiam jam jam tranſiêre. Palatinatûs hujatis Ordines, uti & alii de Tributorum ratione convenêre Regis Commiſſario centum & quinquaginta Tallerorum millia offerentes, quos hic ſub hac exceptione, ſi id Rex ratum habuerit, accepit. Licet Curſor, Varſoviâ ſolitus tertiùm emanſerit, conſtat tamen, Palatinum Chioviæ, in pugna Caliſienſi captum, fidem Officialis Regii cujuſdam ſollicitâſſe, omniaque ad fugam ordinâſſe; ſed conſiliis detectis, eum arctiùs modò cuſtodiri, aliò fortan proximè transferendum.

VIENNA 15. *Decembris.* Octava Currentis Natali Seren. Archiduciſſæ Mariæ Joſephæ Filiæ Auguſtiſſimorum Regnantium die celebris ab Aula hujate pretioſiſſimis Veſtibus ornata acta eſt: & biduo abhinc Seren. Archiduciſſæ Mariæ Eliſabethæ Filiæ Leopoldi Cæſaris glor. mem.

Dominicâ præteritâ horis antemeridianis novi Principis Epiſcopi Viennenſis Franciſci Ferdinandi Rummel Inductio facta eſt: cui Miniſtri diverſi, Nobilitas multa, ac infinitus Populi concurſus interfuit: ac univerſo Clero in Cathedralem S. Stephani præcedente Princeps Epiſcopus ſub Cælum quoddam portatile pervenit, ante quem proximi erant Canonici, diverſi Abbates, ac Cathedralis Præpoſitus, qui ut Vicarius Generalis Epiſcopum novum in Eccleſiæ Porta recepit, eoque ſub Campanarum, Organorum, Tubarum, ac Tympanorum ſono ad Altare Summum perducto præter ceremonias alias Bullæ alta voce lectæ, ac Hymnus Ambroſianus, Antiſtite Præpoſito præfato decantatus eſt: quibus peractis Epiſcopus pontificalem in modum Sacra ad Altare fecit, quibus & Auguſtiſſimi Regnantes, in Eccleſiam eam ſolito comitatu perducti interfuêre: Solemni hoc Actu finito Epiſcopus Præpoſitum repetitum, Abbates, univerſum Capitulum, uti & Miniſtros, Equiteſque diverſos lautiſſimo convivio excepit. Jam ut & rationis, qua Princeps & Epiſcopus hic ad tam conſpicuam Dignitatem ſubvectus ſit, mentio fiat; ſuccinctè dabitur, eum Weydæ, Palatinatûs Superioris Urbe ex Antiqua Imperiali Nobili Proſapia Rummel, quæ ad Imperii Baronum Statum ſubvecta eſt, natum eſſe: abſolutis, tam Eccleſiaſticis quàm Profanis Studiis Negotiorum diverſorum causâ in Galliam, in Italiam, Regionesque alias profectum, in reditu depoſitâ vitâ Sæculari Anno 1673 Sacerdotium ſuſcepiſſe, ac triginta tres annos eſſe, ex quo diem, niſi graviter decubuerit, non legendo Miſſam neglexerit: & uti Virtutibus ſuis tam in Sac. Rom. Imperio, quàm in Aula Cæſarea eminuit, ita Auguſtiſſimus Imperator Leopoldus glor. mem. Anno 1684 Aurelianum (*Lintz*) vocatum, in Primogeniti ſui Filii Auguſtiſſimi Regnantis JOSEPHI Moderatorem elegit; quem continuâ duodecim annorum ſerie inſtruxit, ut non Leopoldus Pater ſolùm, ſed & quivis maximè contentus, ille eum anno 1696 in Epiſcopum Tinenſem, Præpoſitum Veteris Boleslaviæ, ac Vratislaviæ, Scholaſticum Lugidunenſem (*Groſsglogauw*) & Anno 1700 Præpoſitum Aredatis (*Ardacker*) nominaverit; & tandem (cùm Archiepiſcopi Saliſburgenſis Coadjutor Comes ab Harrach undecimâ Julii Anni labentis Auguſtiſſimo Regnanti Epiſcopatum hujatem renunciaverit) eâdem die ab Auguſtiſſimo eodem Epiſcopus Viennenſis nominatus eſt; obtentâque deſuper Confirmatione Pontificiâ Dominicâ præteritâ, ut ſcriptum eſt ſuperiùs, ſolemniter in Munus hoc ſuum inductus eſt: ubi mirum fuit, quòd is tertius fuerit, qui præſentiâ Cæſareâ in ſubvectione ſuâ gaviſus fuerit; Primus erat Melchior Cleſelius, qui interventu Rudolphi II. Secundus Antonius Wolffrach, qui Præſentiâ Ferdinandi ſecundi, gaudebant.

Septimâ Currentis Domûs Saxo-Vinarienſis Plenipotentiarii ab Imperatore Auguſtiſſimo Seren. ejus Familiæ Nomine Feudum recepêre.

Perduelles modò in Confiniis hiſce quieti hærent; non paucis aſſerentibus, eorum quoſdam Tractatuum negotium reaſſumi, eòque Patriæ propriæ excidii finem induci petere.

Sopronio memorant, in Tractu eo millia Cæſareorum aliquot hyemis tempore conſtituendos, ordinando jam ad eorum ſuſtentationem neceſſaria.

Literæ Strigonio (*Gran*) proximæ perhibent, conſtitiſſe ibidem, Perduelles Naves Majores ſex, quas Neudorffii habuêre, viâ terreſtri inde avexiſſe, quamlibet à Bobus quadraginta octo tractam, quin Conſilia aut Locus, quo ducantur, conſtent, Lembis quinque ſolùm, earumque præſidio Militum ſigno uno, relictis: hinc brevi apparebit, an id conſiliorum expediendorum causâ, an verò Noſtris liberum ibidem tranſitum relinquendi animo fecerint.

Arato ſcribunt, Raſciorum mille non procul Debrecino in Perduellium millia tria & octingentos incidiſſe, ac ſeptingentis horum occiſis reliquos in diverſa abegiſſe, licet Perduelles numero multò ſuperiores fuiſſent.

Apud Sac. Cæſ. Majeſtatis Aulæ Typographum Italicum *Joan. Van Ghelen.*

# URSOR ORDINARIU

SIVE

# NOVA UNIVERSALIA.

*Cum Sac. Cæſ. Majeſtatis Privilegio.*

29. Decembris. 1706. *N.* 104.

---

MADRITO 27. *Novembris.*

Biduo abhinc quidam extraordinarius curſor à Bervickio ornatus, Carthaginis Novæ (*Cartagena*) deditionem retulit, qui Locus Mareſcallo Campi Mahoni, à Duce Andegavenſi probato, à Bervickio nominato commendatus eſt; Malacæ Urbis Gubernator Joannes Antonius Hurtago, Amezagenſis nominatus eſt. Literæ è Luſitaniæ confiniis diverſæ, Claſſis Anglo-Hollandicæ Ulyſſipponem adventum cum magna exponendorum Militum copia in augmentum Exercitûs Caroli III., qui Barcinonem tenet, deſtinatorum; in Luſitania conſcriptiones Militum permultas eſſe, omniaque maturandæ Expeditioni neceſſaria fieri, perhibent. Quod Aulam hanc ad alia advertit.

---

LUGDUNO (*Lyon*) 8. *Decembris.* Dux Folliada, actâ dierum quorumdam in Urbe hac morâ, diebus hiſce ad Aulam progreſſus eſt. Legio Equitum Roccafortenſis in Focunato (*Fauſſigny*) Tractus Sabaudiæ conſiſtit. Centurio de robore eo in Centuria ſua ſolùm Equos duos numerat. Legio Marinenſis, quæ non procul Geneva in Sabaudia erat, Maſſiliam conducatur. Vires Aulæ noſtræ potiores Anno proximo futuro in Hiſpania promovendæ creduntur.

---

VENETIIS 18. *Decembris.* Cremâ ſub undecima currentis, Urbem eam Principem Haſſiæ, paucis Suorum ſtipatum rhedâ invectum, ad Portam à Stationariis honoribus ſolitis exceptum, rhedis comitatûs ſui reliquis Urbem prætervectis, inde Soleſinam in Territorio Cremonenſi digreſſum eſſe, memorant: Copiis Germanorum aliis idem iter frequentantibus, earum vi Cremonam incluſum iri: Prætorium in Oppido S. Martini milliaribus tribus ab Urbe ea ſtatutum ſit, ubi Tormenta muralia, quibus Urbs ea prematur, exſpectent, Foſſoribus mille, qui vias complanarent, præmiſſis. Princeps Eugenius, Stationibus in Adduæ, Olliique litoribus inſpectis, Sabulonetam (*Sabioneta*) invaſam, Tormentorum impetu urgeat adeò, ut propediem in poteſtatem ſuam caſura credatur; eaque reductâ Cremona utrinque incluſa teneatur, licet Princeps Vandomeus immiſſis recenter Militibus, Loci Præſidium auxerit. Princeps Eugenius præfatus Prætorium ſuum Bozoli ſtatuturus, Lineamque commercii cum Mantua intercidendi cauſâ ducturus videatur. Mantuâ ſcribunt, Medavyum Gallum cum majore Copiarum ſuarum parte in Serralio ſubſiſtentem, ripas Padi Inferioris citeriores circumire; id quod Germani in adversâ ripâ faciant: poſteriores præterea Mutinæ Caſtello Tormentis muralibus, quod econtra non ſegniùs in Urbem ſubjectam fulminetur, dum magnam Conventûs Capucinorum viciniori partem everſis muris deſtruxerit, imminere. Brixiâ, Copias Germanorum quotidies novas Soncinum attingere memorant, Cremonam propinquaturas: Commiſſarios Cæſareos Noſtris currus permultos imperâſſe, iis res ſuas frumentarias è Territorio Brixiano in Cremonæ viciniam conductum, qui ipſis conceſſi jam ſint. Rhodigio comperitur. Badienſes Cives, eodem tempore quo ſe Germanis liberandos crederent, audiviſſe, in avocati præſidii vicem intra dies paucos alios ſufficiendos, Germanorum etiam quoſdam Badâ excurrentes, velut conveniſſet, alii Nationis ſuæ robori in via, non procul Maſſâ Ferrarenſi occurriſſe, junctaque hic vi Gallorum Manum quamdam invaſiſſe, qui Gregariorum viginti ex-ſis Centurionem quoque amiſerint: curribus duobus præterea, Equis quinquaginta onuſtis, in arena à tantis relictis, qui Badiam conducti ſint. Haſſorum pars ſecundùm Ollium, pars ad Adduam millia quatuor numero, conſtituti ſunt: præter Equites ſexcentos, qui Cremonam arctè incluſum iri, Trivilii ſunt. Bergomo continenter afferunt, Caſale Sabaudiæ Ducis arbitrio deditam, Præſidio jure Belli capto: cùm Dux Sabaudiæ deditionem, aliâ exceptione initâ noluerit, nam primùm ante coactionem Præſidiarii in Caſtra Ducalia excurrerint. Hieronymus Juſtiniani Orator in Galliam futurus nominatus eſt. Peſaro comperitur, nocte undecimam ac duodecimam Currentis intercedente in Urbe ea ingentem Terræmotum auditum eſſe, qui, licet malum aliud, niſi caminos everſos, non cauſaverit, Incolas adeò terruerit, ut plurimi Urbem inhabitare ſibi non fidant.

---

## *Capita de Deditione* CASALIS *Caſtelli Victorem Amadeum Sabaudiæ Ducem inter, & Marchionem Marqueſat Gubernatorem Caſtelli Gallum inita.*

PRIMO. Præſidio Gallorum liceat perfactas à Sabaudio ruinas excedere: Gregarii ad Pedem Foſſarum Arma deponant; Officiales econtra, qui id rogarent, ea retineant. *Conceſſum eſt; Præſidio jure Belli capiendo.*

SECUNDO. Officialibus Sarcinæ intactæ maneant, eò præterea, quò capti conducantur, curribus ſubminiſtrandis avehendæ. *Negatum eſt iis, qui Præſidio immiſſi non erant.*

TERTIO. Officialibus duobus, Gregarios ſequi, ſtipendiaque porrigendo eorum curam habere liceat. *Hoc convenit.*

QUARTO. Præſidium effluxo dierum quatuor ſpatio è Caſtello excedat: intra quod tempus liberum ſit Officialibus in Urbem exire rebus ſuis proviſuris. *Placuit Præſidium Craſtinâ excedere; ac Portam, quâ Urbs petitur, hodiernâ intra horarum duarum ſpatium Noſtris aperiri; Machinarum quoque Officialibus duobus Commiſſariisque noſtris non negatur Caſtellum ſubire; Manubias notatum, quibus Præſidiorum cuniculos latentes detegere cum fide obligentur.*

QUINTO. Præſidio literæ ſalvi commeatûs Sarcinarum dentur, quas in Galliam conduci Officiales peterent. *Negatum eſt.*

SEXTO. Architectores Rei Annonariæ Officiales Penûs Præfecti, Tonſores campeſtres, Valetudinariorum Medici, aliique homines, qui Gallorum Regi, juramento militari non obſtricti, ſerviunt, ſalvi conductûs literis muniantur. *Convenit.*

SEPTIMO. Non prohibeantur Officiales Auguſtæ Taurinorum, aut Caſali Urbe tempore quodam remorari, qui id à Sabaudiæ Duce rogârint, & quorum annotatio porrigatur. *Functum hoc, quatenus Officiales tangit, negatum non eſt; Gregarii autem, quò jubeantur, ocyùs conducantur.*

OCTAVO. Sabaudiæ Dux rogatur, ne Milites Armis depoſitis ſpolientur. *Conceſſum eſt, hac exceptione, ne in abdito veſtium Arma gerant, nec in Caſtello quidquam turbent, aut amoveant, ac* NONO *denique ne à Civitate quidquam, quod ea fors antea promiſiſſet, poſtulent.*

CASALI 6 Decembris 1706.

---

PARISIIS 10. *Decembris.* Sextâ currentis ſub veſperum Mareſcallus Villaris in Aulam hanc allatus, à Rege clementer exceptus eſt. Ordines Occitaniæ (*Lingvadoc*) vigeſimâ quintâ præteriti in Monte Peſſu-

*Monpelliers*) primò convenîre, Regiæque donum tuum Millionum Librarum, & Millionum Taſſstorum uorum pacti ſunt. Literæ Madrito proximæ, Decem Bervickium ibidem expectari, de rebus, quas in effectum perduci videbitur, acturum; quamprimùm tamen ad Exercitum rediturum; obſidionem etiam Alonis pro famæ publicæ fide in animo eſſe, perhibent. Annotatio Tyronum ſequens, qui pro Regis noſtri imperio, vigeſimâ Novembris 1706 emanato, à Regni Provinciis pro complendis Legionibus pedeſtribus conſcribi debent, hic videtur. Pro Exercitu in Italia: Communitas Pariſienſis ſubminiſtrabit mille & ſexcentos. Ambianenſis (*Amiens*) quinquaginta ſupra ſeptingentos. Sueſſionis (*Soiſſons*) ſexcentos ac quinquaginta. Gabillonenſis (*Chalons*) mille, & ſeptingentos. Denegontenſis (*Digion*) octingentos quinquaginta. Burgundiæ Comitatus totidem. Gommunitas Lugdunenſis (*Lion*) trecentos, & quinquaginta. Delphinatus quingentos, quinquaginta. Provincia (*Provensa*) ducentos. Communitas Ricomagi (*Riom*) ſexcentos quinquaginta. Molinenſis Engilbertorum (*Moulins*) ſexcentos quinquaginta. Bituricenſis (*Bourge*) trecentos quinquaginta. Aurelianenſis (*Orleans*) noningentos quinquaginta. Rovanenſis ſexcentos. Cadonenſis (*Caen*) quadringentos. Alenconienſis (*Alenzon*) ſeptingentos quinquaginta. Provincia Armoricenſis mille octingentos quinquaginta. Communitas Cæſarodunenſis mille, & trecentos; qui omnes numerum quindecim millium Militum conficiunt. Pro Exercitu in Hiſpania: Communitas Auguſtoritenſis (*Poitiers*) ſeptingentos conducet. Lemovicenſis (*Limoges*) quingentos. Burdigalenſis (*Bordeaux*) mille, & quingentos. Occitania (*Linguadoc*) mille octingentos: horum Summa millia ſex facit.

---

HAGA GOMITIS 14. *Decembris.* Licet ob temporis, in quo ſumus, injuriam Bellorum motus conſiſtant; ad diſpoſitiones tamen, ac apparatum Expeditionis proximæ futuræ ſine quiete attenditur.

---

RASTATO 13. *Decembris.* Comutatio Officialium facta omninò eſt, Saxones, qui Hagenoiæ jure Belli capti ſunt, Friburgum, Briſgoviæ Urbem, quam aliqui jam tenere petunt: Gregarii, Officialeſque inferioris Claſſis cæteri propediem mutentur; agetur que, ne noſtrum ſtipendiariorum, aut conditionis cujuſdam aliûs quiſquam negligatur; captorum Gallorum numero Noſtrorum majore. Cæterùm utrinque quieta omnia ſunt; labor à Noſtris inceptus, continuatur.

---

LEOPOLI 9. *Decembris.* Archiepiſcopus Gneſnenſis in Urbe hac exſpectatur, cui excipiendo Triclinia præparata jam ſunt. Princeps Menzicoviæ Moſcus Zolkoviæ Nominis ſui diem feſtivè egit, cui Generalis Coronæ, qui in Urbem hanc dein allatus, ſub Tormentorum læto ſtrepitu exceptus eſt, interſuit.

---

LUBLINO 12. *Decembris.* Epiſcopus Cujavienſis hàc tranſiens, apud Generalem Coronæ ſecundum divertit, cum quo ad Principem Menzicoviæ Moſcum progredi decrevit. Commiſſarius Saxo hinc digreſſus, quo conceſſurus ſit, non conſtat: Commiſſariis Moſcorum ambobus hic continenter remorantibus.

---

CRACOVIA 18. *Decembris.* Duce Saxo-Zitienſi moras hic nectente, Urbis hujatis Nobiles, ac Incolæ, Regem Poloniæ proximè rediturum credunt. Heſternâ Sueci capti ſub Saxonum conductu in Poloniam Majorem hinc digreſſi ſunt, ubi cum Saxonibus totidem, Setidavæ (*Poſen*) detentis, mutentur: permultis tamen advertentibus, ſi verum ſit, Supremum Vigiliarum Præfectum Smiegielskium in citeriore Viſtulæ parte non procul Sendomiris cum Moſcorum Equitum quatuor millibus conſpectum eſſe, Captos hoſce ab hoc excipiendos eſſe; Magnum Moſcoviæ Ducem Principem Menzicoviæ, aliosque Moſcorum Polemarchos Leopoli, quam Coronæ, ac Lithuaniæ Generalis cum Epiſcopo Cujavienſi jam teneant, exſpectari confirmatur. Literæ ex Hungariæ Confiniis ſub decimâ tertia allatæ, Ragotium Roſenauiæ hærentem, conſilia, quin eorum concluſiones conſtent, agitâſſe, ferunt. Generalis Campi Mareſcallus Comes Rabutinus Debrecini quò Raicii majore mole, Perduellibus in prædam nacta, conduxerint, etiamnum ſubſiſtat. Comes Heiſterus Generalis Cæſareus ab Hungaris captus Caſſoviam conducatur: Forgazius à Perduellibus cuſtoditus obſervetur: Hungari interim ob magnum Monetarum cuprearum numerum Ragozio maledicant.

---

VIENNA 29. *Decembris.* Veneris præteritâ recurrentibus SS. Natalis Vigiliis in Sacello Aulæ hujatis publico primùm precibus veſpertinis, ſub mediam noctem Sacro cantato poſtero mane Feſtivitas eadem in Sacello nominato præſente Aulâ univerſâ celebrata eſt: Dominicâ dein Imperator Auguſtiſſimus in Eccleſia Cathedrali S. Stephani Proto-Martyris, Sancti hujus memoria acta eſt, Sacris interſuit; ubi Principes, ac Equites Aurei Velleris, Torquem, Ordinis Inſigne, de collo geſtantes, comparuêre.

Provinciæ hujatis Ordines cum Officialibus diverſis de Tyronum conſcribendorum ratione per averſum pacíſcuntur; nam finitis hiſce Feriis Conſcriptiones Militum pro modo poſſibili urgendæ incipiantur; id, quod in reliquis jure hæreditario Cæſareis Provinciis fiat, eo modo Exercitum inſtructum iri, ut Bellum contra Hoſtes cum vigore continuari poſſit.

Comes Philippus Ludovicus Sinzendorffius Conſiliarius intimus, ac Cancellarius Aulicus diebus hiſce è Belgio redux negotiorum ſuorum rationem Auguſtiſſimo retulit.

Perduelles à Cæſareis, ut ſcriptum eſt, Sabariâ (*Gbins*) excurrentibus ſæpiùs improvisò circumfuſi, è viciniis ea ad Arrabonem Amnem (*Rab*) coacti ſe recepêre: quo percepto Mareſcallus Campi Generalis Locumtenens Comes Maximilianus Starembergus Præſidium Sabariæ præfatæ Cæſareum, adductæ ſimul omni, qui Loco inerat, commeatu, revocavit, iiſque ſtationes ſuas auxit.

Literæ ſub tertia Currentis Aratho, è Tranſilvania confiniis noviſſimæ ferunt, Berezenium cum quindecim ſequacium ſuorum millibus Segedinum, aut Solnocum invadere cogitâſſe; ſed dimiſſis ad eum à Ragozio, ut ocyus Roſenaviam in Hungariam Superiorem contendat, imperiis, conſilia ſua diſtuliſſe: eòque Turcas quoſdam, qui Tumultuum Hungaricorum causâ in Confiniis ſuis prope Temeſvariam conſtituti erant, receſſiſſe.

Cæterùm conſtat, ad oram Regni Turcici quemlibet vero gaudio perfuſum eſſe, quòd compertum ibidem ſit, Ablegatum Extraordinarium Cæſareum Guarienti in colloquio, quo ſupremùm Portæ Ottomanicæ ſatrapam dixit, amicitiæ continuæ ſponſionem accepiſſe.

---

Apud Sac. Cæſ. Majeſtatis Aulæ Typographum Italicum *Joan. Van Ghelen.*

sechs auf fünf verringert hat, ist das Ergebnis der Zusammenarbeit deutscher, ungarischer und österreichischer Bibliothekare und Pressehistoriker.[9]

Seit Beginn der österreichischen Pressehistoriographie beschäftigte die Fachleute eine Zeitung, von der bekannt war, daß sie ab 1671 in der Wiener Offizin des Johann Baptist HACQUE erschien und in lateinischer Sprache abgefaßt war.[10] Darüber informierte ein Schreiben der Niederösterreichischen Regierung an die Wiener Universität vom 15. Jänner 1671[11]:

„Von der Nider Österreichischen Regierung wegen dem Herrn Rectori vnd Consistorio der alhieigen Vniuersitet anzuzaigen, demnach Regierung auf des Johann Baptista Hacque gehorsambstes anlangen, vnd bitten, vber einkhombene bericht vnd gutachten bewilliget, das Er die ihme von Madritt, Paris, Londen, Haag, Venedig, vnd Rom durch Correspondenz zueschickhende Zeittungen, alhier in Lateinisch: vnd Wälscher sprach mit der bedingnus, das dieselbe der ordnung nach iedesmahls vorhero reuidirt, vnd Censurirt werden sollen, truckhen vnd verkhauffen möge,

Alß hat man Ihm Herrn Rectorem vnd Consistorium deßen hiemit nachrichtlich erindern wollen, Actum Wienn den funffzehenden Januarij, Anno Sechzehenhundert ain vnd Sibenzig.

Tobias Johann Franckh
Expeditionsadiunct alda."

Das Jahr 1671 ist aus mehreren Gründen für die Wiener Pressegeschichte bemerkenswert. Neben der lateinischen Zeitung und der italienischen, dem *Il Corriere Ordinario*, kam ab Februar 1671 bei Matthäus COSMEROVIUS der *Neu ankommende Currier* heraus, der die im selben Verlag erscheinenden *Ordinari Reichs Zeittungen* und *Extra Ordinari Mittwochs Postzeittungen* mit Nachrichten aus Wien und dem ost- und südosteuropäischen Raum ergänzte.[12] Damit setzte der *Currier* die Tradition der vom Vorgänger COSMEROVIUS', Matthäus FORMICA, 1622 gegründeten und bis 1639 bestehenden *Ordentlichen (Post-) Zeittungen* fort.

Die Ursache für eine gewisse Förderung neuer gedruckter Zeitungen in Wien von seiten der Regierung ist vor allem damit zu begründen, daß die handgeschriebenen Zeitungen ein solches Ausmaß angenommen hatten, daß sie von der Zensur nicht mehr zu überblicken waren.[13] Als zum Beispiel 1671 der Erzbischof von Gran „in geschribenen und aller Orthen außgeschickten Zeitungen" fälschlicherweise verdächtigt wurde, der Rebellion in Ungarn nahegestanden zu haben, beauftragte Kaiser LEOPOLD am 22. Mai 1671 die Niederösterreichische Regierung, dafür zu sorgen, daß „zu deß Herrn Ertz-Bischoffs Ehren-Rettung dessen in nechst druckenden Wienner Blättl gedacht werde".[14] (Als *Wiener Blättl* bezeichnete man den *Neu ankommenden Currier.)* Schon drei Tage später, am 25. Mai 1671, erließ der Kaiser auf Vorschlag der

[9] Der Verfasser dankt Herrn Dr. Gedeon BORSA (Nationalbibliothek „Széchényi" Budapest) und bewahrt Frau Else BOGEL („Deutsche Presseforschung", Universitätsbibliothek Bremen), deren allzufrüher Tod eine unschließbare Lücke hinterlassen hat, ein von Dank efülltes Andenken.

[10] WINCKLER, Johann: *Die periodische Presse Österreichs.* Wien 1875, S. 23.

[11] Universitätsarchiv Wien, Consistorial-Acten, V Z 5 ad 2.

[12] LANG, Helmut W.: *Die deutschsprachigen Wiener Zeitungen des 17. Jahrhunderts.* Phil. Diss. Wien 1972, S. 147—157.

[13] WIESNER, Adolph: *Denkwürdigkeiten der oesterreichischen Zensur vom Zeitalter der Reformation bis auf die Gegenwart.* Stuttgart 1847, S. 80.

[14] Codex Austriacus. P. 2. Wien 1704, S. 532.

Niederösterreichischen Regierung ein Patent, worin Regimentsräte der Regierung als Zensoren für geschriebene und gedruckte Wiener Zeitungen bestimmt wurden. Darauf folgte die ernste Ermahnung,

„das sich keiner wer der auch seye, bei vnaussbleiblicher straff vnterstehe, einige Zeitung in Teutscher oder wälscher sprach zu schreiben weniger zu verkhauffen, oder auss handten zu geben welche nicht vorher von iezternenten Verordneten Commissaris reuidirt worden, wi dan hierauff ein fleissige Obsicht gehalten, auch da Ein oder anderer so darwider handlete, betretten wurdte, wider denselben ohne einige Verschonung, auch mit leibsstraff verfahren werden solle . . .".[15]

Von den angeführten niederösterreichischen Regimentsräten revidierte Hannibal Franz Bottoni die gedruckten deutschsprachigen Blätter *Ordinari Reichs Zeittungen*, *Extra Ordinari Mittwochs Postzeittungen* und *Neu ankommender Currier*, Johann Maximilian Salla die handgeschriebene Zeitungen und Tullio Miglio den italienischen *Il Corriere Ordinario*. Eine lateinische Zeitung wird nicht erwähnt.

Trotzdem gibt es mehrere Beweise dafür, daß Johann Baptist Hacque die Erlaubnis der Niederösterreichischen Regierung zur Zeitungsherausgabe genutzt hat und gleichzeitig mit dem *Corriere* auch ein italienisches Blatt gegründet hat. Als nämlich nach dem Tod Hacques am 3. Juli 1687 sein Schwager Johann van Ghelen die Nachfolge in der Offizin antrat, wurde ihm am 5. November 1678 das Privileg erteilt, lateinische und italienische Zeitungen drucken und verkaufen zu dürfen.[16] Am 16. Juni 1699 wurde das Privileg für „truckh: und verkauffung der Lateinisch: vnd wälschen Zeitungen" erneuert und auf den Sohn van Ghelens, Johann Peter, ausgedehnt.[17]

Als am 15. Dezember 1705 die Cosmerovischen Erben um Konfirmation ihres Privilegs für die deutschsprachigen Zeitungen ersuchten, ist in der eingeholten Stellungnahme der übrigen Universitätsbuchdrucker Johann van Ghelen als der „privilegirte Wellisch und Lateinische Zeitungs-Truckher" bezeichnet.[18] Nochmals wurden am 11. März 1720 Johann van Ghelen und seinem Sohn die Privilegien als Hofbuchdrucker verlängert, von Zeitungen ist diesmal jedoch keine Rede.[19]

Nach dem Tod Johann van Ghelens am 13. Mai 1721 übernahm Johann Peter van Ghelen die Druckerei, und noch im selben Jahr gelang es ihm, die Herausgabe des 1703 gegründeten *Wienerischen Diariums* an sich zu bringen. Der Gründer des *Diariums*, der Reichshofratsbuchdrucker Johann Baptist Schönwetter, hatte sich geweigert, einen zum Bau der neuen Hofbibliothek eingehobenen Pachtschilling zu zahlen, und verlor seine Herausgabeerlaubnis. Van Ghelen ersteigerte das *Diarium* und legte damit den Grundstein zu einem Pressemonopol in Wien.[20] Die drei Ordinarizeitungen der Cosmerovischen Offizin waren bald nach 1705 eingegangen und der einzige deutschsprachige Konkurrent des „Diariums", der ebenfalls 1703 gegründete *Posttägliche Mer-*

[15] Abgedruckt in Camesina, Albert: *Zur Wiener Geschichte*. Wien 1853, S. 8.

[16] Abgedruckt in Mayer, Anton: *Wiens Buchdrucker-Geschichte 1482—1882. Bd. 1.* Wien 1883, S. 321—322, Anm. 163.

[17] Universitätsarchiv Wien, Consistorial-Acten, Parteiensachen III G 60.

[18] Mayer a.a.O., Bd. 2. Wien 1887, S. 12.

[19] Universitätsarchiv Wien, Consistorial-Acten, Parteiensachen III G 60.

[20] Mayer a.a.O. Bd.2, S. 14—15, Anm. 58.

*curius*, wurde auf Betreiben van Ghelens Anfang 1724 von der Regierung eingestellt und der Verleger Johann Baptist Schilgen mit der geringen Summe von 550 Gulden abgefunden.[21]

Ein Kontrakt zwischen der Kaiserlichen Hofkammer und Johann Peter van Ghelen vom 18. Dezember 1721 bestimmte, daß Ghelen gegen eine Jahrespacht von 3333 Gulden 20 Kreuzer sowohl das *Diarium* als auch den *Corriere* herausgeben durfte.[22] An diesem Betrag ist der *Corriere* mit 333 Gulden 20 Kreuzern beteiligt, während für das *Diarium* 3000 Gulden angeschlagen sind. Auch dieser Vertrag enthält keinen Hinweis auf eine lateinische Zeitung.

Der Ausgangspunkt zur Beantwortung der Frage nach der Wiener lateinischen Zeitung lag jedoch weit ab von den Wiener Urkunden und der einschlägigen Literatur und blieb deshalb länger als ein Jahrhundert unbeachtet. Im Jahr 1865 erschien ein Artikel über das russische Postwesen mit einer Zusammenstellung der Zeitungen, die der zaristische Hof in Moskau während einiger Jahrzehnte im 17. und 18. Jahrhundert bezogen hatte.[23] Neben vielen anderen finden sich die Wiener Blätter *Extra Ordinari Mittwochs Postzeittungen* (1665 und 1696), *Ordinari Reichs Zeittungen* (1694), *Il Corriere Ordinario* (1694), *Wienerisches Diarium* (1704) und *Il Corriere di Vienna* (1727), das Nachfolgeblatt des *Il Corriere Ordinario*.[24] Besonders Interesse verdient jedoch ein *Cursor Ordinarius sive Nova Universalia*, der 1705 nach Moskau gelangte.[25] Dieser bibliographisch unbekannte Zeitungstitel ist die wörtliche Übersetzung von *Il Corriere Ordinario* ins Lateinische, was vermuten ließ, daß der *Cursor* mit Wien in Zusammenhang gebracht werden dürfte. Endlich konnte in europäischen Bibliotheken nach einem bestimmten Titel gesucht werden. Alle früheren Anfragen waren erfolglos geblieben, da die erhaltenen Urkunden keinen Hinweis auf einen Titel gegeben hatten und nur vage Vermutungen angestellt worden waren.[26] In Bibliotheken Österreichs, der Bundesrepublik Deutschland und der Deutschen Demokratischen Republik fanden sich bisher keine Exemplare. Hoffnungsvoller sah man Ergebnissen aus Ungarn entgegen, da sich eine spätere Wiener lateinische Zeitung, die von 1776 bis 1785 erschienenen *Ephemerides Vindobonenses* vor allem in ungarischen Bibliotheken erhalten hat.

Tatsächlich fanden sich an der Ungarischen Nationalbibliothek „Széchényi" die Nummern 100 und 104 des *Cursor Ordinarius* aus dem Jahr 1706.[27] Schon der erste Blick bestätigte die Vermutung: es war die gesuchte Wiener lateinische Zeitung aus der Offizin van Ghelens.

Äußere und innere Merkmale entsprechen dem italienischsprachigen Gegenstück, dem *Il Corriere Ordinario*. Unter dem Titel „CURSOR ORDINARIUS, SIVE NOVA UNIVERSALIA" ist der Vermerk „Cum Sac. Caes. Majestatis Privilegio", dann folgen Erscheinungsdatum und Nummernzählung. Der

[21] Hofkammerarchiv Wien, Cameralzahlamtsbücher 1724 fol. 382.
[22] Hofkammerarchiv Wien, Hoffinanz, Rote Nr. 854.
[23] Fabricius, A.: *Zur Geschichte des russischen Postwesens*. In: Baltische Monatsschrift. Bd.12. Riga 1865, S.87—115, 165—198.
[24] Ebenda S.191—193.
[25] Ebenda S.192.
[26] Holter, Kurt: *Aus der Geschichte des Wiener Zeitungswesens im 17. Jahrhundert*. In: Zeitungswissenschaft. 15 (1940), S.238—244. Holter vermutet (S.238) als Titel der Wiener lateinischer Zeitung „Novellae".
[27] Signatur H 8502

Kopftitel ist durch einen umkränzten kaiserlichen Doppeladler geschmückt. Eine Nummer besteht aus einem beidseitig bedruckten Blatt in folio. Da der *Corriere* erst zwischen 1672 und 1677 vom Quartformat auf das Folioformat überging, darf beim *Cursor* angenommen werden, daß auch er während der ersten Jahre in quarto herauskam. Am Ende der Versoseite befindet sich das Impressum „Apud Sac. Caes. Majestatis Aulae Typographum Italicum Joan. Van Ghelen". Der Zeitungstext ist einspaltig nach Korrespondenzorten angeordnet, die Meldungen sind durch über die ganze Spalte laufende Querlinien voneinander getrennt.

Die Nummer 100 enthält vierzehn Meldungen, die Nummer 104 zehn Meldungen. Bei einigen Korrespondenzorten sind Sekundärmeldungen angeführt, zum Beispiel wird unter „Vienna" über Ereignisse in Ungarn berichtet. Auffällig ist die lateinischen Ortsbezeichnungen oftmals in Klammer beigegebene Namensform in der Landessprache.

Die folgende Übersicht zeigt die Korrespondenzorte, die Meldungsanzahl und die Nachrichtenlaufzeiten in den beiden erhaltenen Nummern:

| Meldung aus | Anzahl | Laufzeit in Tagen |
|---|---|---|
| Bruxellis | 1 | 15 |
| Cracovia | 2 | 11 |
| Francofurto | 1 | 11 |
| Genua | 1 | 18 |
| Haga Comitis | 2 | 15 |
| Leopoli | 1 | 20 |
| Lublino | 1 | 17 |
| Lugduno | 1 | 21 |
| Madrito | 1 | 32 |
| Mediolano | 2 | 14 (21) |
| Neapoli | 1 | 22 |
| Parisiis | 2 | 19 |
| Rastato | 2 | 16 |
| Revalia | 1 | 32 |
| Venetiis | 2 | 11 |
| Vienna | 2 | 0 |
| [unlesbar] | 1 | [unlesbar] |

Der Inhalt des *Cursor* scheint dem anderer gleichzeitiger Zeitungen angeglichen zu sein, soweit die beiden Nummern überhaupt solche Schlüsse zulassen. Einige Meldungen des *Cursor* stimmen inhaltlich mit Meldungen des *Corriere* (Nr. 99, 100 und 104 von 1706) und des *Wienerischen Diariums* (Nr. 350, 351 und 354) überein. Aussagen über die Funktion und den Leserkreis einer lateinischen Zeitung wie des *Cursor* sind heute kaum zu präzisieren. Das Verbreitungsgebiet dürfte vor allem östlich Wiens zu suchen sein.

Der *Cursor* kam zweimal wöchentlich heraus, jeweils posttäglich am Mittwoch und Samstag, die beiden erhaltenen Nummern sind Exemplare der Mittwochausgabe. Wenn man überschlägt, wieviele Exemplare des *Cursor* von 1671 bis 1706 bei einer angenommenen Auflage von 200 Exemplaren insgesamt erschienen sind, kommt man auf die Zahl von 750.000 Exemplaren — und nur zwei davon sind uns bis heute bekannt geworden. Diese hohe Verlustrate begründet die Seltenheit und den Wert alter Zeitungen.

Aus den obenerwähnten Urkunden und dem Fund der beiden Nummern läßt sich ableiten, daß der *Cursor* von 1671 an durchlaufend mindestens bis

1706, wahrscheinlich aber bedeutend länger, erschienen ist. Daß die Privilegsverlängerung von 1720 und der Kontrakt von 1721 keine lateinische Zeitung erwähnen, legt die Vermutung nahe, daß sie zu diesem Zeitpunkt nicht mehr bestanden hat. Nun gibt es von ganz anderer Seite noch einen Hinweis auf eine Wiener lateinische Zeitung: An der Leipziger Universität hielt Magister Gottlieb SCHUMANN ein Zeitungskolleg für Studenten aller Fakultäten und schrieb 1744 einen ***Abriß eines Collegii über die Politischen Zeitungen***, in dem er alle Punkte zusammenfaßte, die er in dem Kolleg berühren wollte. Paragraph 12 handelt ,,Von den lateinischen Zeitungen, die zu Cölln, Halle, Leipzig, Wien, Stollberg u.s.w. gedruckt werden."[28] Ob es sich bei dieser Wiener lateinischen Zeitung von 1744 um die alte Ghelensche oder um eine Neugründung (oder um einen Irrtum) handelt, kann derzeit nicht festgestellt werden. Erst weitere Funde werden zur Lösung dieses Problems beitragen.

[28] STORZ, Werner: *Die Anfänge der Zeitungskunde.* (Die deutsche Literatur des 17. und 18. Jahrhunderts über die gedruckten, periodischen Zeitungen.) Phil. Diss. Leipzig 1931, S.66.